



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XIV. Markgraf Ludwig verpfändet dem Johann und Hermann von Arnstedt
und dem Probste Conrad zu Tangermünde Hebungen aus der Bede in
Deutschen Welle, im Jahre 1337.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

munde, eandem donacionem approbamus approbatamque tamquam salubrem presentibus literis nec non confirmamus, volentes Colonos dictorum manforum pro tunc fore liberos a servicio curruum, sicut eciam litere Dictorum predecessorum nostrorum super hoc date, quas vidimus, dilucide protestantur. Presentes huic nostre approbacioni seu ratihabicioni fuerunt Bodo presbiter, Capellanus noster, atque Johannes de Gotigon, noster notarius, cum aliis fide dignis, In hujus rei testimonium nostro sigillo muniri iussimus presens scriptum. In Tangermunde, anno Domini MCCCXXXV^o., in die sanctorum Gereonis et sociorum ejus.

Nach neuerer Abschrift.

XIV. Markgraf Ludwig verpfändet dem Johann und Hermann von Arnstedt und dem Probfte Courad zu Tangermünde Heubungen aus der Bede in Deutschen Welle, im Jahre 1337.

Nos Ludovicus etc. Vniuersis ac singulis presentibus ac posteris ad quorum noticiam prefencia peruenerint cupimus fore notum. Quod assignauimus ac per presentes assignamus IX frusta reddituum de annuis nostris precariis nobis in villa, düdeschen ville nominata, debendis Johanni de arnstede famulo nobis dilecto ac suis veris heredibus annua percepcione tollenda ac domino Cunrado, preposito in Angermunde nec non hermanno de arnstede suisque veris heredibus si predictus Johannes de Arnstete sine heredibus discesserit, in iustam veramque possessionem deuoluenda, Addicientes si nostre seu alicuius nostrorum successorum in posterum voluntati placuerit bona prefata redimere, Extunc possessoribus dictorum honorum persoluta per nos uel per nostros successores tanta pecunia, scilicet XLVI marcarum, ipsa ad nostram uel nostrorum successorum possessionem redibunt vice uersa. Si etiam predicto Johanni de arnstede vel alteri prefatorum honorum possessori ipsa per (pro?) predictae summa pecunie alicui nostrorum vasallorum placuerit obligare eo jure, quo ipse possidet, ad hoc nostram beniuolam abhibebimus voluntatem. In cuius rei etc. Testes huius sunt nobilis vir hermannus, comes de Hennenberg, Johannes de buch, noster capitaneus, Dypoldus guzze, Dominus Eberwinus, noster prothonotarius et alii quam plures fidedigni.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg No. L.

XV. Der Rath zu Tangermünde bekundet, daß der Stephanskirche zur Versorgung ihrer Altäre mit Wein und Oblaten eine Wiese geschenkt sei, am 13. Januar 1339.

In nomine beate et individue Trinitatis Amen. Quum ea, que geruntur in tempore, antiquitatis rubigine a memorie lumine sepius abolerentur, nisi literarum et ydoneorum testium firmentur